

HISTORIÆ GERMANICÆ. 35
dedit, ne in creando Pontifice Im-
peratoris autoritas expectaretur. Ita
ausi sunt Pontifices (quæ verba sunt
Alberti Crantzii) Imperatores suos con-
temnere, dum imperii virtus elanguerit.

§. LV. Quandoquidem igitur
Carolus Crastus, animo & corpore
marcidus, Germanis fieret despe-
ctui, ut proceres non dubitarent re-
gno exuere, eidemque Carinthiæ
Duce in ARNVLPHV M, filium Ca-
rolomanni nothum sufficeret; a
Magnatibus Italiæ GVIDO, Dux
Spoletanorum, & post cum BEREN-
GARIUS Foro-Julensis, Reges Ita-
liæ declarantur. Quo pacto Italia
Francis crepta ad peregrinos deve-
nit. Licet vero BERENGARIUS
& Formosus Papa ARNVLPHO
Germaniæ nostræ Regi regnum Ita-
licum pariter ac imperatoriam di-
gnitatem, quo se ac sua tuerentur ab
injuria, tradiderint anno DCCC-
LXXXVIII. quia tamen, accepto
per fraudem uxoris Gvidonis vene-

B 6

no,